

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XCIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

De gramine ex Psal. 90. v. 5. Vide Thema Appendicis prædictæ XXI. Pag. promptuarii 506.

Rufus de gramine ex Psal. 103. v. 15. & 16. vide ibidem in Appendice Thema XXV. & XXVI. Pagina Promptuarii 515.

De floribus ibidem ex eodem loco Psalmi sub eodem Numero Thematis, Pag. Promptuarii 517.

## II. Pars.

De æternitate autem & duratione verbi diuini vide non tantum loco allegato. Pag. Promptuarii 520. sed etiam in hac II. parte promptuarii. Centuria II. ex Nouo Testamento Numero Thematis XIII. ex verbis Luc. 21. v. 33. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

Ista omnia cum tædio lectoris hic nolui repetere.

## THEMA XCIV.

Esa. 43. v. 24.

*Seruire me fecisti in peccatis tuis, &c. Ego ipse deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

## DISPOSITIO.

Hæc sunt verba non Esaiæ, sed ipsius Domini & redemptoris nostri Iesu Christi. In quibus breuiter non tantum tora historia atque causa etiam efficiens (Was da solches alles verurfsachet) Dominicæ illius passionis, sed & causa finalis eiusdem (sive fructus & effectus) accurate designatur. Quia vero illa omnia propter nos facta leguntur in 1. Petr. 2. v. 21. operæ erit pretium hanc rem diligentius considerare. De his igitur iam prædictis duabus partibus sive huius loci membris, iam dicemus: scilicet, 1. de passione Christi, atque illius causa: & 2. de illius fructu atque effectû.

I. Pars

## I. Pars.

Sic autem breuiter Christus de sua passione loquitur.

1. *Seruire fecisti.* Germ. *Arbeit haſtu mir gemacht.*  
Et repetit idem: ad amplificandum dolorem illum maximum: Laborem præbuiſti mihi.

Considerantes autem miseras, cruciatus, molestias, labores atq; dolores Christi, à prima illius natiuitate vsque ad mortem crucis, vere fatebimur, non fuisse in terris quenquam, ab orbe condito, sic miseris, doloribus & languoribus atq; laboribus grauatam, sicut fuit Christus.

Formam serui assumpsit. Philip. 2. vers. 7. Hinc seruire coactus est, Pauper est & abiectus in stabulo, Luc. 2. v. 7. Mox exul à patria, Matt. 2. Pro fabri filio & fabro lignario habetur, Matth. 13. Marc. 6. Effurit, Matth. 4. Sirit, Joa. 4. & maxime in cruce. Conuictus & calumniis impetitus, Joan. 8. & sæpius alias. Mortis pericula sustinet: Luc. 4. v. 42. Joan. 8. Sanguinem sudat. Tandem à suis proditus, venditus, percussus, falsis testibus & iniquo iudicio. condemnatus, flagellatus, spicis coronatus, irrisus, colaphisatus, declusus, sarcasms horribiliter vexatus in crucem actus &c. vt videatur etiam à Deo derelictus: sibi & aliis Psalm. 22. Matth. 27. v. 46. Esa. 53. v. 4.

Omnium vilissimus habebatur, Esa. 53. v. 3. Veri non homini similis, Psalm. 22. v. 7. Vere dicere potest, Videte, si est dolor, sicut dolor meus Thren. 1. v. 12. Dira sane passus, vt cor Ethnici Pilati super ipso frangatur. Ecce homo, Joan. 19. v. 5. Et mulieres inimicorum non possint cohibere lachrymas, Luc. 22. v. 27.

2. At quis illum sic fecit seruire? Quis præbuit hunc laborem? Tu inquit. Hebræos quidem alloquitur, sed omnes omnino homines intelligit. Non tantum seruos Pontificum & Pilati, & ipsos Pontifices, Iudices atq; alios crucifixores & illutores, sed & eos, qui antequam Christus natus fuit & qui post mortem illius peccarunt.

3. Quod patet ex sequentibus, quibus clare ostenditur quæ fuerit causa efficiens (ita dicendo) passionis: hoc est,

est, quam ob causam ipse filius Dei necesse habuerit pati. Sic autem ipse ait: *peccatis tuis, & iniquitatibus tuis* praeuisti mihi laborem. Si non peccassent homines, non opus fuisset forma serui & tam dira passione. At quia peccatum nos excluderat à regno caelesti, ideoque Christus, ut redimeret genus humanum, tanta pati voluit, de quo in secunda parte dicitur,

LOCVS. I. Merito peccatum odisse, detestari, & ceu Diabolū ipsum fugere atque aduersari debeamus peccata, quæ Christo filio Dei innocentissimo hunc praeuerrunt laborem, & causasauerunt cruciatus horribilis.

Iraſcimur alias Pontificibus, Pilato, & illorum ministris, militibus illuloribus & crucifixoribus, & ceteris qui tam indigne Saluatorem tractasse leguntur. At quare nō potius irasceris tibi & peccaris tuis? Singulis enim dicitur, & dici vere potest, Tu me truit fecisti. Nec est ququam, qui se hic à numero crucifixorum possit eximere.

Omnes peccauerunt & destituuntur, Rom. 3. v. 23. Non est iustus ne quidem vnus, Psal. 14. Rom. 3.

Indignamur sapius Procoplastis. At nos in eadem culpa sumus, qui ne iam quidem (scientes illa omnia) à peccatis abstinemus.

Multi serui scientes, at non facientes voluntatem Domini, Luc. 12. v. 47.

Nihilō illi meliores crucifixoribus. Etenim de his adhuc dicitur, quod crucifigant filium Dei, Heb. 6. v. 6. & conculcent sanguinem Christi, Heb. 10. v. 29.

Nos vero, qui Christi sumus discipuli & amatores, cogitemus id Petri, quod sanguine sumus redempti, 1. Pet. 1. v. 9. & quod magno pretio 1. Cor. 7. v. 23. empti, & caueamus peccata, quæ tantopore Deum offendunt.

Ut sic non simus ingrati, erga Christum summum benefactorem, redemptorem &c.

Illustrari potest hoc simili, de eo, qui ab amico ex tyrannide Turcica liberatus est magno labore & periculo.

L. II. Grauis hic addenda ad monitio, contra impetentem.

nitentes. *Unthwillige Sündet* / Heb. 10. v. 26. Horribile ipsis expectandum iudicium. Si enim Christus innocens tam dira passus, quid illis expectandum? Si hoc in viridi Luc. 23. v. 31. Si iustus vix seruetur, 1. Pet. 4. 18.

*II. Pars.*

Porro etiam Christus ostendit, quis fructus ad nos redeat ex passione ipsius tam dira & acerba.

*Ego ego deleo iniquitates tuas.* Innuit propter passionem ipsius remitti nobis peccata à Deo. Is qui fuit offensus, non potuit ratione iustitiæ suæ intermittere, quin peccata nostra æterna morte puniret. Sic eam conuentum erat inter ipsum & Protoplastum. Quacunq; die comederis, hoc est. peccaueris, morieris. Christus autem miseratus illam generis humani miseriam, dira passus est, vt inuitu meriti & expiationis Christi, pater nobis reconciliaretur. Delet ergo peccata passione sua, ne veniant in conspectum Dei. Verba autem sunt emphatica hoc loco.

1. Ego, ego, hoc est, ego solus, & nemo alius hoc promeruit, vt remitterentur peccata.

2. Nec propter vestra merita: sed *propter memetipsum.* Non coactus, non à vobis prior beneficio affectus: sed propter me, quia hoc in me recepi, quod velim redimere genus humanum. Nemo accipit vitam meam, Johan. 10. v. 18. Gratis ego hoc facio, patior, vt celebretur mea in vos misericordia, Gratia, Eph. 2. v. 4. & sequentibus.

3. Et sic quidem deleo vestra peccata vt non velim illa vobis exprobari in nouissimo iudicio: Sed perpetua obliuione delebo, vt nemo illorum amplius recordetur, nec pater, nec ego, nec quisquam.

*L o c u s.* Ineffabilis Iesu Christi Saluatoris clementia pater ex hoc loco, qui nullo antegrediente nostro merito, propria sua passione remissionem peccatorum impertrauit.

CONSOLATIONEM hinc maximam capere possint tentati de peccatis. Quod illa sunt deleta, & non futura

tuta illorum memoria, aut recordatio in æternum. De hoc vide plurima scripturæ loca, Dispositione præcedenti XCII. in fine.

ADMONITIO addenda, Quod hæc pro fidelibus & pœnitentibus tantum dicantur. Illis enim solis non imputantur peccata, Rom. 4. v. 5. Ideo beati sunt, Psal. 32. v. 1. Facit etiam hic locus contra Pontificios, asserentes, operum merita extinguere peccata. Contra Christus, Ego, ego deleo Et ego SOLVS, Esai. 63. v. 3. PROPTER ME, non propter vestra merita. Alias gratia non esset gratia, Roman. 11. v. 16.

F I N I S.

THEMA XCV.

Esai. 45. v. 22.

*Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terra. Ego enim Deus, & præter me non alius.*

D I S P O S I T I O.

Verba sunt hæc Jesu Christi filii Dei, quem Propheta Isaias (cognatus ipsius, Esai. 5. v. 2.) introducit loquentem in hoc capite, & erigentem Ecclesiam suam variis consolationibus. Quod autem Christus, filius Dei, loquatur in hoc capite, Paulus electum Dei organon & fidelissimus scripturarum interpret testatur, Rom. 14. v. 11. allegans locum ex hoc capite, qui immediate sequitur verba prælecta, & de Christo eundem explicans, quod ipsi, utpote viuorum & mortuorum Judici, curandum sit omnne genu.

Quod de Christo repetitur Phil. 2. v. 10.

Idem hoc loco ad se omnes gentes vocat, sicut & Matthæi 11. vers 28. ut intelligatur, eundem Jesum Christum fuisse heri (id est, in Veteri Testamento) & hodie (hoc est, in Nouo) & in secula, Hebr. 13. v. 8.

Est autem hic locus admodum insignis, ubi æterna salus offertur: quæ non est repudianda.

Dice-